UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

LXXXVI. An Benedictarum vsus rerum in Dei cultu sit Sanctus?

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

Visual Library

rum lapſus hæreſin) Carolus Magnus, & Carolus IV. &c.

3. Neque inuictis Imperatoribus inuicta deerat facti RATIO tātarum ad ornatus impenſarum. 1. *Magnus enim eſt Deus noſter ſuper omnes Deos*; ideo, 2. Par. 2. *Domus quam ædificare cogito, magna eſt.* 2. Deinde, templa ædificare & coornare magnæ virtutis eſt, ac virtutum plurium teſtimonium, vt Fidei, Spei &c. 3. Tum, ornatus ij magnarum ſunt rerum, vt Sacramentorum, Verbi Dei, &c. Item pietatis exaugendæ, & plurium virtutum excitamentum.

4. Templorum itaque vel euerſores, vel expilatores dirè ex Deo luerunt pro merito: vt Heliodorus 2. *Mach.* 5. Antiochus, 2. *Mach.* 9. Balthaſar, *Dan.* 5. Iulianus Apoſtata, teſte *Chryſ. hom. 4. in Matth.* Ea tamen laus commendatioque ornatus Eccleſiaſtici vitiari poteſt ex tempore loco, modo & perſona. De quibus Ballarminus luculentè.

QVÆSTIO LXXXVI.

An BENEDICTARVM *vſus rerum in Dei Cultu ſit Chriſtianus?*

LVTHERO-CALVINISTÆ negant: quin & calumniantur varia: Verùm cum VValdenſibus, Et VViclefiſtis: Vt videre eſt in mea *Genealog. p. 1. q. 28.* Quorum ibidem calumniæ refelluntur.

AVTOR. I. Rectè & ſalutariter fiunt Benedictiones aquæ, olei, panis, cereorum, ramorum &c. 1. Sic Scripturæ exempla; quæ repete ex meo *Antichriſto p. 1. q. 28.* 2 Sic & Traditio: De Aqua teſtis eſt S. Clemens *l. 8 Conſtit. c. 35.* S. Dionyſius *in Hierarchia*: Alexander *1. Epiſt. 1 &c.* De oleo *ijdem.* De cereo Paſchali, *Strabo c. 30. Conc. Tolet. IV.* De palmis & Cineribus, *S. Maximus. &c.*

II. Benedictis reb. rectè vtimur. 1. Ad effectus ſupernaturales procurandos, & ſignificandos. 2. Ad delenda pec. venialia: 3. Ad effugandos dæmones, morboſque curandos. Ita enim liquet è S. Scriptura; *vbi ſuprà.* Et Exemplis S. Patrum: apud *Bellarminm libr. 3. cap. 7. de Sanctis.*

Mendax Heshuſius ea vocat mendacia, ſcilicet S. Epiphanij, Theodoreti, Palladii, Hieron. Greg. Bernardi. &c. Contra quos ille profanus iſtud Chriſti citat: *Pſeudoprophetæ edent miracula & prodigia, vt inducantur in errorem, ſi fieri poteſt, etiam electi.* Sed vera miracula ſolius ſunt Dei, quæ per ſeruos ſuos edere dignatur: vti hac in re per S. Marcellum, Macharium, Hilarionem, Fortunatum, Malachiam &c. Plura vide in *Genealog. p. 1. q. 28.*

QVÆSTIO LXXXVII.

An PEREGRINATIONES, *&* VOTA, *licitè fiant Sanctis?*

LVTHERANI Magdeb. fingunt abuſum peregrinandi cœptum tempore Conſtātini. CALVINIANI, calumniantur vt impium. Vide *Genealog. p. 1. quæſt. 29.* eorum argumenta refutata.

AVTOR. 1. Deus in Veteri Teſtament. præcepit peregrinari ad Tabernaculum: *Deut. 16.* Vſus ſic obſeruauit; etiam ætate Chriſti videntis, nec improbantis, *Ioan. 12.* Quin etiam, *Luc. 2.* eaſdem obeuntis.

2. S. Patres illas & pro iure commē darunt, & frequentarunt ante æuum

Con-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN